



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 3. Missa mirabiliter SS. Eucharistia morituris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

142 Cap. VII. De reali, seu sacramentali,

ce, quem mihi negasti, ipse mihi se non negotiavit: apparuitq; hostia in ore eius, & impletum est in eo, quod per Sapientiam dictum est: Diligite iustitiam, qui indicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis, querite illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Episcopus autem paucus tantum miraculum ubiq; diuulgauit, per quem etiam quibusdam Abbatibus ordinis nostri innocentia, qui anno praterito illud in capitulo generali recitauerunt, cunctis Dominum glorificantibus, qui facit mirabilia magna solus. Hæc Cæsarius. Multi, repentina morte, vel domi, vel in campis, sublati, hoc sacro viatico non destituerentur, nisi iustitiā ipsi prius, destituerent. Iustos diuina iustitia non deserit.

§. III.

*Missa mirabiliter SS. Eucharistia morituris.*

Niceph.  
l. 13. hist.  
Eccles. c.  
37. & Sur.  
27. Ianu-  
arij.

Aliquando autem ipse venit, in Eucharistia, Christus, & mansionem facit apud eum, qui illum diligit; aliquando, per Diuos aliosue dapiferos, vult sacrum hunc hominibus cibum apportari. De Ioanne Chrysostomo Nicephorus aliique memorant, ei in exilium missio, longi; itineris fatigatione labefactato ac morti proximo, noctu, oranti, Petrum & Ioannem Apostolos, qui vi-

tæ er

tæ eius duces fuerant, astitisse, &, perquam  
amicè cum eo collocutos , primum victori-  
am aduersus dæmones ; tum migrationem  
ad Deum ; postea , quæ eum exceptura esset  
bonorum perceptio, lœtantissimè annuncia-  
uisse. His , cùm ingenti lœtitia , significa-  
tis ; cœlesti & ineffabili corporis Christi ef-  
ca eum pauerunt : ex quo tempore postea  
nihil cibi sumpsit. Dicta hæc ab eis sunt ,  
quibus ille ea secum versantibus concredi-  
dit. Exulauit igitur à sua Ecclesia Chryso-  
stomus , non exulauit à Deo. Non habuit  
sacerdotem in terris , de cuius manibus su-  
meret panem Angelorum , sed habuit Pon-  
tificem Petrum , habuit Ioannem Euangeli-  
stam. Quemadmodum & B. noster Stanis-  
laus Koska habuit Angelos , S. Barbara pa-  
trocinante , ac sacrâ synaxin ei impetrante,  
in cuius vita legerat , quòd , qui se illi deno-  
tum commendaret , sine sacra Eucharistia ,  
non esset ex hac vita migraturus. Hunc ad  
modum , vel in solitudine , Maria Aegyptia-  
ca procul venientem eremitam habuit , à  
quo , corpus Christi Domini sumtura , postu-  
lauit , dici Symbolum Apostolicum , & Do-  
minicam inchoari orationem , qua finita ,  
cœli Dominum suscepit , & extensis ad astra

Francisc.  
Succin. in  
vita eius.

mani-

144 Cap. VII. De reali, seu sacramentali,

manibus, cum multo fletu ingemiscens clamauit: *Nunc dimittis, Domine, ancillam tuam, secundum verbum tuum, in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Quis desperet de cibo corporali, si Christus oues suas, sua carne, sic iudicat pascendas? Qui etiam Luciam virginem Syracusanam, gladio in guttur infixo, tam diu seruavit viuā donec à veniente sacerdote sacrâ communione reficeretur. Cui similem de milite historiam, immo mirabiliorem, refert fide dignus author Cæsarius'. Nam tertio die suspensus, sub Friderico Imperatore, in patibulo vixit, ob SS. Trinitatem, & quina Christi vulnera quotidie culta, vt in fine, viatico cœlesti non careret. Igitur deposit' è furca à sacerdote accepit, quod petiuit, peccatorum scilicet absolutionem, & corporis Christi communionem: qua accepta, mox expirauit, ad eum profectus, sine quo comite, noluit ex hac vita migrare. O si quotidie mortis memores, quotidie diuinū hoc viaticum à Deo peteremus! quām paratus est ille ad se dandum? Soliciti sumus de præstante medico, qui, illo tempore, dolorem leniat; &, si morbum pellere non potest, mortem saltem differat; & animæ medi-

Sur. 9.  
April. ex  
Paulo  
Diacono.  
Martyro-  
log. A-  
don. Ar-  
chiep.  
Treuir.  
13. Dec.  
Cæsar.  
lib. 9.  
cap. 49.

medicum, archiatrum Christum, non inuocamus quotidie? At medici tuiu conclamatos plerumque deserunt, Christo non deserente, ni prius illum ipsi deseramus. Magnū quiddam & desiderijs nostris valde dignum debet esse Eucharistia, sine qua hominum Redemptor sibi amicissimos nō vult è vita decedere.

§. IV.

*Desiderio Eucharistiae quantam vim inesse docuerit D. Franciscus?*

Scribit D. Bonaventura, Ciuem Caietanum Bartholomaeum nomine; dum in S. Francisci templo construendo laboraret, ruita trabis percussum morti proximum, idem viaticum postulauisse; sed cum monachus, antè decessurum existimaret, quām, tantā loci distantiā, afferri sacra Eucaristia posset, prolatis opportune B. Augustini verbis, animam agenti dixit: *Crede, & manduca*. Ille igitur, quem ore sumere Christum non potuit, corde flagrantissimo desiderauit. Vide mihi, mi Lector, quām promta manu adsit Deus, cum deest auxilium humanum. Nam D. Franciscus, cum undecim fratribus, se illi stitit; atque adpectoratum strictissimis brachijs gestans agniculum, ad lectum

S. Bonavent. in vita S. Francisci c. 3. de miraculis,

K

*eius*